Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



Cōmentum. Ambrosius.

m Sicut se poliēte qualiter se linire ⁊ ornare debeāt in speculo intuē tur. ita ⁊ subditi. ꝗliter viuere debeant in plato speculanť. ⁊ sicut ab exemplo exēplata ꝓditionem suscipiunt. Et si illud corruptū vel emendatū sit. talia inde exemplata sint oportet. Et si ars mentis bene instituta sit. artificiata bene pducanť. necesse est. Hinc quecūq; fecit deus sunt valde bona. hoc est in suo genere perfecta. Quoniā ars sua pfectissima ⁊ infallibilis est ⁊ quoniā vite platoꝝ semp subditi sunt inspectores. quo pacto. qua frōte plati subditos vt boni sint monere possunt. si ipi mali sunt. quonā modo. vt recte incedāt. si ipsi oblique ⁊ tortuose ꝓtendunt. ꝗliter vt mādata seruent. si ipi sunt trāsgressores mādatoꝝ. ergo merito iubētur. vt circa omnes seipos bonoꝝ opeꝝ pbeant exemplū. Et enim sicut alios ordine. ita ⁊ eos sanctitate pcedere debēt. quatenus eius exēplo discāt subditi qualiter viuere debeāt. quoniaꝫ vt poeta cecinit. a boue maiori discit arare minor. Sz diligenter annotāda sunt singula verba. que in hac quarta plati cōditione ponunť. in qua iubet vt seipm alijs faciat exemplū.

n Primo eim dicit circa omnes. qm̄ non vni viā bonā. alteri malā. sz omnibus rectam ostendere debet. Rursus in hac generalitate ⁊ deū ⁊ angelos. ⁊ cuiuscunq; generis homines includere debem⁹. qm̄ coā his omnibus bonus ⁊ esse et apparere platus debet. Hinc apls paulus ad romanos domiātores orbis scribebat. Nolite malū pmalo reddere. sz sitis pudentes bona. nō solū coā deo. sz etiā coram omnibus hoibus. coā quidē deo. vt a deo plati repmienť. coā angelis sanctis. vt d ipis gaudiū suscipiāt. coā angelis malis. vt ab eis ꝓfusi abeāt. coā bonis hominibus. vt in bonis ꝓfirmenť operibus. coā aūt malis. vt per eorum bonum exēplum corriganě et emendenť. hanc generalitatem christus in euangelio mandauit cū iussit poni lucernā super candelabrum. vt luceat omnibus qui in domo sūt. per lucernam enim nil aliud intelēptamur nisi bonam et exemplarē vitam platorū. quę super candelabꝝ. hoc est in eminenti statu posita omnibus scilicet bonis et malis. vtpote celestibus terrestribus et infernorum mentibus. que in domo. s. dei sunt lucere debet. Hanc totus mundus vna dei domus est. i cuius excelsion aula. hoc est i empireo celo a tota beatoꝝ spiritū facie ad faciē videť cohorte. hi principes. duces. proceres. milites. et cives pstantissimi summi imperatoris sunt. In media vero aula homīes adhuc in mortali carne viuētes deo famulanť. denariū. hoc est decem mandatorum obseruantie futuraꝫ eternamq; mercedem expectātes. In infima tanq; in carcere trusi sunt demones diuina alligati potestate. ⁊ velut i stabulo putredinis locati sunt homines damnati. qui cū in hoc medio viuerent hemisperio fieri voluerūt sicut equus ⁊ mulus in quibus nō est intellectus. pro quorum dignitate exprobranda scriptū est. homo cū in honore esset non intellexit. cōparatus est iumentis insipientibus ⁊ similis factus est illis. quare merito in stabulo infernali. vbi picis sulphuris. serpentiuꝫ. ⁊ omnium venenosorum animalium fetor abundat locati sunt. Subinde ait seipsum. omnis enim respublica humani corporis gerit similitudinem. quoniā sicut in illo multa sunt mēbra iuxta apostoli pauli sententiā non eundem actum habētia. vnum autem caput. a quo singula membra dependent. ita ⁊ in republica vn⁹ debet esse rector. ad quē subditi omnes respiciant. Quo sane in vtroq; fit. vt dolente capite cetera membra langueant. Econtra si sanum caput extiterit membra etiam sanitatem sapiant necesse est. Ceu si fons dulcis est. ⁊ riuuloꝝ a qua dulcis sit oportet. Semper enim principij virtus i principiata diffundiť. Quocirca recte parēs noster ait. vt prelatus seipsum bonorum operum prebeat exemplum. ac si diceret. vt alij boni sint. ipse in se bonus sit. vt bene sua respublica gubernet. ipse bene se ipsum gubernet. ⁊ alij bene operentur. ipse omnis bone actionis cardo sit ⁊ origo Et vero nonnulli prelati sunt. qui sue reipublice bonum regimen satagunt vt eorum appareant subditis. volentes. instar scribarum ⁊ phariseorum vt illi iusti pudici temperati ⁊ omni virtute fulgeant. cū tamen ipsi raptores voluptuosi ⁊ omni